Quelle:
Copyright:

"Stero; cetera quæ sequuntur, apponenda sunt futuris
"temporibus. Sed tantum pauca hic notamus, scilicet Ego
"Ulricus Welling et frater meus Chunradus professi
"monasterii Sanctorum Udalrici et Afre in Augusta
"Ordinis Sancti Benedicti licet indigni, ne desidia et
"inertia arguamur operam dedisse".

Ex hoc inferre licet. 1. Annales ab ano 1279 - 1300. Steroni esse adjudicandos. 2. Horum continuationem ab ano 1300 - 1334. (: eo usque enim codex noster:) fratres Welling elucubrasse; eorumque de semetipsis adfertum longe majoris esse faciendum, quam illud, quod in medium protulit Struvius, quippe a Codicis sui Scriptore adjectum, ad de fratribus Welling in tertia differendpersona. 3. Si conjectura locus, non longe abfum quin credam, codicem nostrum vel ab ipsis fratribus Welling exaratum, vel saltem ea eorum autographo descriptum; id quod perplura etiam de Coenobio Augustano inserta persuadent.

Ceterum instituta cum profatis editionibus collatione docuit, quodam in iis contineri, quæ in Ms. nostro absunt, in aliis hunc esse opulentiorem; Exemplo, omnium loco, sit Bulla Benedicti XII de statu animarum post mortem, in calce ad anum 1334. adjecta. Sed jam satis.